

Salutem à Deo Patre. Jam annus est, Vir Doctissime, ex quo
 primam ad Te scripsi, nullas autem ego abs te literas recepi, unde
 factum, ut à scribendo ego desisterem, veritè ut agere ferres me
 hominem infirmum sortis tibi ineptis meis molestum esse. Verum
 Johannes Wolff nuper à vobis Genevam reversus singularem tuam
 erga me benevolentiam maximopere mihi commendavit, ut
 hominis potius ingrati esse existimarem, si pro hoc tuo animo
 in me nullas agerem gratias, redam importuni, si scribendo perge-
 rem. Fecit enim ipse me alioqui timidum audacem, maxime
 cum amicitia inter te et patrem meum pie defunctum nunquam
 me latuerit, ac ne latere quidem potuerit. Sape enim mihi per-
 grinationes summo audiendi desiderio narravit, ut tum nescio
 quo amore erga te raperer. Sed ut liberi Parentum suorum
 in bonis caducis heredes sunt, ita ego vel hanc summam seniper
 hereditatem existimaui, si eis ab his viris omni virtutum ac do-
 ctrinarum genere præditi, amici quasi hereditariis relinquantur.
 Quod ego omnium maxime in te, et si alii sunt amici parentis mei
 apud vos, exoror et amplector. Rogo igitur te obnixè, ut ne pro
 singulari tuo candore ames, amorem ineptum foveas: ego, quan-
 tum ad me attinet, si Dominus mihi gratiam suam dederit, ita ne-
 geram, ut ne amicam te non indignum experiaris. D. Rodolpho
 Gualthero, si placet, ex me salutem, meq; ei commenda. Vale
 Vir Doctissime. Genevæ. XV. Calend. Septemb. Anno Cl. 15 LXV.

Inscriptio.
 Pietate et eruditione præstantissimus
 Viro D. Ludovico Lavathero, fideli
 Christi servo apud Tigurinos, homini
 et Mecœnati suo observando
 Zürich.

T. Adickhs:

Hermannus Vultejus
 Just. F.

[= Mscr. A. 7.
 N. 259]

M. Johanni Varlemanno Stada.
 Pax Christi

Scie, Varlemanne dilecte, stomachari nonnunquam
 studiosos adolescentes, quod eorum tum crebris
 tum officiosis epistolis rare respondere: Nam
 quod amantur impensius, hoc feruntur iniquius.
 Ise mearum literarum expectatione frustrari.